



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Oratio qua vrgetur ad accipiendum Episcopatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

tum à iustis Pastoribus, & à Romana sede diffidium, multo vt videatur expeditior via reipublicæ subleuanda per vulgaria misericordiæ opera per conciones populares, per familiaria passim colloquia, quam per honores, & potestatem.

*Oratio qua  
urgetur ad  
aceipiendum  
Episcopatum*

Vix ea Canisius expromperat, cum Martenengus contra magno ardore, & clamore coonatur. Propterea enim elicuerat, vt, quemadmodi sibi videbatur, liquidò demonstraret prorsus inania esse. Miror, inquit, istam sapientiam, ac sanctitatem talia eomminisci. Vocationem diuinam requiris, quasi clarius sit expectanda vox, quanto misere pereuntium clamor & sanguis animarum? Non est à Deo consilium, quoniam Burcando primū venit in mentem: quasi Christi mors qua redemptum est genus humanum à Deo non fuerit, quia Caiphas dixit, Præstat vnum hominem mori pro populo. Quietem in vita ista summa expertus es. Vide Pater ne ista insidiosa si quies: & nomine humilitatis obtendatur cupido ocij, ac libertatis. Quid enim, si cordi essentæ rumne, potius quam hanc occasionem arriperet! Sella ad quam eueheris, non gradus honoris est, & quietis (vt vides) sed laboris, atque Martyrij.

Quod

Quod autem potest maius ex te in Ecclesiam Dei  
meritum proficisci , quam si gubernacula hæc  
capessas, coniunctisq; viribus cum societatis tuæ  
Patribus ad Prouinciarum harum custodiam ex-  
cubes? Tum enim & Concionatorum prompta  
copia aderit : & priuata, quæcumq; memorabas,  
subsidia, supraq; ea, etiam, vbi res postulabit, ho-  
noris autoritas, & potestatis robur. Nec verò, si vel  
Apostolus sis, longius, latiusq; circumferre tuam  
operam cupias. Nam quod in hac Imperij sede, &  
arce promoueris, in totum redūndat Imperium.  
Age igitur necessariam hanc subi seruitutem lu-  
bens : voluntarium Deo fac holocaustum : neu  
coge nos summa potestate vti. Altercari Canisius  
noluit, sed paucis, ac virilibus verbis iterum con-  
testatus, non quæuis à quolibet Deum exposcere:  
nec omnia consilia re ita succedere, vti specie, &  
cogitatione blandiuntur: neque tam metuendas  
quietæ humilitatis, quam honoratæ caritatis in-  
sidias, congressum finiuit. Haud dissimile mox Quantum  
certatum ut  
ficeret Episco-  
pus.  
At Martinengus eodem ardore literas ad beatum  
Ignatium exarat, per viscera misericordiæ Christi  
Iesu obsecrans, & obtestans, Canisium ipse com-

L pelle-